# IN PSALMUM CXLIV cc 2088

*Sermo habitus Uticae in basilica Massae Candidae*

**(1.)** Laudare vobiscum dominum desideravimus; et quoniam hoc concedere dignatus est, ut laus quam illi dicimus habeat ordinem suum, ne forte aliquo excessu quem laudat offendat, melius iter laudis in scriptura dei quaerimus, et ab ipsa via nec in dexteram nec in sinistram digredimur. Audeo enim dicere caritati vestrae: ut bene ab homine laudetur deus, laudavit se ipse deus, et quia dignatus est laudare se, ideo invenit homo quemadmodum laudet eum. Neque enim hoc potest dici deo quod dictum est homini: *Non te laudet os tuum*. Ut enim homo se laudet, arrogantia est; ut deus se laudet, misericordia est. Prodest amare quem laudamus: bonum amando nos meliores efficimur. Itaque quoniam hoc nobis prodesse novit, ut amemus eum, laudando se amabilem se facit, et in eo nobis consulit, quia se amabilem facit. Exhortatur ergo cor nostrum in laudem suam, et spiritu suo implevit servos suos, ut laudarent eum. Et quoniam spiritus eius in servis eius laudat eum, quid aliud quam ipse se laudat? Incipit ergo psalmus iste ita:

*v. 1* **(2.)** **EXALTABO TE, DEUS MEUS, REX MEUS, ET BENEDICAM NOMEN TUUM IN SAECULUM ET IN SAECULUM SAECULI.** Videtis

---

**1, 9** Prov. 27,2

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ (A $H_1$)   $\lambda$ : $\pi$ U   $\varepsilon$ : N $An_4$   $\gamma_1$ : $C_1$ $So_1$   $\zeta$ : $P_6$ T   K (exc.) $Br_1$ $P_{23}$   lectiones selectae: D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*
**2, 1** exaltabo] *inc. K*

---

**In ps. CXLIV.** *Titulus:* incipit tractatus psalmi cxliv habitus utica (*sic*) in basilica massae candidae *U*; incipit de psalmo cxliiii in utica in basilica massae candidae *A*; in basilica massae andidae (*sic*) *$H_1$*; habitus uticae in basilica massae candide *Y*   **1, 4** et] ne *X ma*   **5** digrediamur *$\gamma_1$ ma*   **6** laudavit] quia *praem. $\alpha$*   **8** potest hoc *tr. $\delta$*   **9** se homo *tr. X ma*   **10** prodest ... laudamus *post* efficimur (11) *tr. $\delta$*   **11** nos *om. $\delta$* | ita *$\delta$*   **13** in eo] ideo *$\delta$*   **14** et *om. mi cc* | suo] sancto *$\delta$ $\varepsilon$*   **16** se *om. Y $P_5$*   **2, 1** meus$^2$ *om. $\varepsilon$ $\gamma_1$ $\zeta$ $P_5$ $P_{23}$ Y*

inchoatam esse laudem dei, et usque ad finem psalmi laus ipsa
perducitur. Denique titulus psalmi est: **LAUS IPSI DAVID.** Et quo-
mi 1870 niam dictus est David qui venit ad nos ex semine David, ipse
autem rex noster est, regens nos et introducens nos in regnum
suum, intellegitur LAUS IPSI DAVID laus ipsi Christo. Christus
autem secundum carnem David, quia filius David, secundum
divinitatem autem creator David et dominus David. Denique
apostolus, cum honoraret primum populum dei, unde et apostoli
ipsi crediderunt, et multae ecclesiae primae factae sunt, facientes
in multis hominum milibus quod modo ex evangelio dives unus
audivit et tristis abscessit, id est vendentes omnia quae habebant,
et distribuentes pauperibus, et perfectionem in domino requiren-
cc 2089 tes, cum ergo laudaret ipsum populum primum, sic ait: *quorum
patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia
deus benedictus in saecula*. Quia itaque ex ipsis Christus secundum
carnem, ideo David; quia vero ipse est *super omnia deus benedictus
in saecula*, ideo EXALTABO TE, DOMINE, DEUS MEUS, REX MEUS,
ET BENEDICAM inquit NOMEN TUUM IN SAECULUM ET IN SAECU-
LUM SAECULI. Forte IN SAECULUM hic, IN SAECULUM autem SAE-
CULI in aeternum. Modo ergo incipe laudare, si in aeternum lau-
daturus es. Qui laudare non vult in transitu huius saeculi, obmu-
tescet cum venerit saeculum saeculi. Proinde sequentibus versi-
bus prope hoc dixit.

---

**2, 5** *cf.* Rom. 1,3 **12** ex evangelio (*sc. ex lectione evangelica illius diei*)] *cf.* Matth. 19,21–22 **13sq.** *cf.* Act. 2,45; 4,32 **15–17** Rom. 9,5

---

*π*: *α* ($V_2$ $Mc_1$) *δ* (*A* $H_1$) *λ*: *π U* *ε*: *N* $An_4$ $γ_1$: $C_1$ $So_1$ *ζ*: $P_6$ *T* *K* (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: *D* $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ *Y X* $e_3$ *w*, $α_2$ (= $F_2$ *F* $Mc_1$)
**10** populum] *des. K* **15** sic] *inc. K* **24** saeculi] *des. K*

---

**3** ad] in *δ K* | laus *om. δ* **5** dictum *δ* **10** apostolus] et *praem. X ma* **12** ex] in *D ma* **14** in *om. π* **15** laudasset $γ_1$ **16** et *om. δ* **19** domine] dominus *π ε*; *om. ζ* $P_{23}$ *D ma* | meus[2] *om. ε* **22** si] sed *π ε* **23** obmutescit *π ε* $P_{23}$ **24** saeculum] in *praem. Y* $P_5$

*v. 2* (**3.**) Ne quis etiam aliter intellegeret quod ait: **LAUDABO NOMEN TUUM IN SAECULUM**, et quaereret aliud saeculum, quando laudaret, **PER SINGULOS** inquit **DIES BENEDICAM TE.** Lauda ergo et benedic dominum deum tuum per singulos dies, ut cum finiti fuerint singuli dies, et venerit sine fine unus dies, eas ex laudibus in laudem, sicut ex virtutibus in virtutem. PER SINGULOS DIES BENEDICAM TE: non transiet dies quo te non benedicam. Nec mirum est si laeto die tuo benedicis deum tuum. Quid, si forte aliquis illuxerit tristis dies, sicut se habent humanae res, sicut est abundantia scandalorum, sicut est multiplicatio tentationum? Quid si ergo aliquid accidat triste homini? Desines laudare deum? Desines benedicere creatorem tuum? Si desines, mentitus es dicendo: PER SINGULOS DIES BENEDICAM TE, DOMINE. Si autem non desines, etsi tibi videtur in die tristi male, erit tibi in deo tuo bene. Est enim, et quando tibi male est, ubi tibi bene sit. Si enim in aliquo malo male est tibi, procul dubio in aliquo bono bene tibi erit. Et quid tam bonum, quam deus tuus de quo dictum est: *Nemo bonus, nisi unus deus*? Nam quam sit secura ista laudatio, et quam sit securum hoc bene, intellege de ipso bono. Nam si gaudes de bono quod tibi accidit per diem, fortasse transit alio die bonum hoc unde gaudes. Bene mihi fuit, bonum diem duxi, quia forte lucra venerunt, aut invitatus es, in epulis diu

---

**3, 6** ex[1] … virtutem] *cf.* Ps. 83,8 **18** Marc. 10,18

---

$\pi : \alpha\ (V_2\ Mc_1)\ \delta\ (A\ H_1)$ $\lambda : \pi\ U$ $\varepsilon : N\ An_4$ $\gamma_1 : C_1\ So_1$ $\zeta : P_6\ T$ $K$ (*exc.*) $Br_1\ P_{23}$ *lectiones selectae*: $D\ P_3\ P_5\ P_{15}\ Y\ X\ e_3\ w$, $\alpha_2$ (= $F_2\ F\ Mc_1$)
**3, 3** per] *inc. K* **7** te[1]] *des. K* **20** de] *redit* $P_7$

---

**3, 3** dies inquit *tr.* $\pi\ \varepsilon\ \zeta\ P_{23}$ **6** ex[2]] a $Y\ P_5$ | singulos] inquit *add.* $\gamma_1\ K\ Y\ P_5$ *ma* **9** aliquis illuxerit] aliquis luxerit (dixerit $An_4$) $\pi\ \varepsilon$; aliquid inluxerit $P_{23}$ $Y\ P_5$; inluxerit aliquis *lo ma* **10** scandalorum] malorum *praem.* $\delta$ **12** desines[2]] desinis $\delta$ **14** desinis $\delta$ **15** male est tibi *tr.* $D\ P_6$ *ma* | bene tibi *tr.* $X$ *ma* **18** unus] solus $\delta$ **20** gaudeas $\delta$ | accedit $\varepsilon\ C_1$ | transiit $\pi\ \varepsilon\ P_{23}$ **21** inde $\delta$ | fuit mihi *tr.* $An_4\ X$ *ma* **22** es *om.* $\alpha_2$ | in $\pi$; et *praem.* $U\ Y\ P_5\ P_6$; aut *praem.* $\varepsilon\ \gamma_1\ P_{23}\ X\ T$ *ma*

fuisti. Gaudes quia in epulis diu fuisti? Alter te dolet, quia non erubuisti. Verumtamen de quocumque tali bono gaudeas, certe
mi 1871 transitorium est. Si autem gaudeas in domino deo tuo, audies dicentem scripturam: *Delectare in domino*. Tanto firmius gaudebis, quanto est ille certior in quo gaudebis. Si enim gaudes de nummo, times furem; si autem gaudes de deo, quid times? Ne tibi quisquam auferat deum? Deum tibi nemo aufert, si tu eum non dimiseris. Non enim sic est deus, quomodo lux ista de caelo
cc 2090 fulgens. Non quando volumus ad eam accedimus, quia non in omni loco lucet. Per infirmitatem nostram forte fit ut hieme nos delectet esse in ipsa luce: nunc autem per aestatem videtis quia magis eum locum quaesivimus, ut in illa luce non staremus. In deo autem tuo quando stas, in lumine veritatis eius delectaris: non quaeris locum quo ad eum accedas, sed conscientia accedit, conscientia recedit. Quod dictum est: *Accedite ad eum et illuminamini*, animo dictum est, non vehiculo; affectibus dictum est, non pedibus. Et cum in eo stabis, aestus non patieris. Spiritus enim spirabit tibi, *et sub alis eius sperabis*.

(4.) Vides ergo habere te quomodo delecteris per singulos dies. Non te enim dimittet deus tuus, etiam si aliquid triste acciderit. Quam enim triste erat, quod sancto viro Iob acciderat! Quam repente, quam multa mala! Quemadmodum omnia de quibus gaudere putabatur, non de quibus gaudebat, diabolo tentante subtracta sunt! Quemadmodum et filii mortui sunt! Periit quod

---

**26** Ps. 36,4 **37sq.** Ps. 33,6 **40** Ps. 90,4

---

*π* : *α* ($V_2$ $Mc_1$) *δ* (*A* $H_1$) *λ* : *π U* *ε* : *N* $An_4$ $γ_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ *ζ* : $P_6$ *T* $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae* : *D* $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ *Y X* $e_3$ *w*, $α_2$ (= $F_2$ *F* $Mc_1$)

---

**29** auferat] tibi *praem. ζ* | deum¹] dominum *Y* $P_5$ | aufert] auferet *lo ma* eum tu *tr. Y* $P_5$ **32** hieme nos] hic minus $γ_1$ | delectet nos *tr. δ* **33** quia] quoniam *π ε ζ* $P_{23}$ **34** illa] ipsa *X* $P_6$ *ma* | in²] et *praem. ε* $γ_1$ *ζ* $P_{23}$ *X ma* **37** conscientia] et *praem. δ* **39** stabis] aestuabis *α*; aestabit (*sic*) *δ* **4, 2** non] nec $γ_1$ | enim te *tr. ma* | enim *om. δ*

servabatur, perierunt quibus servabatur; nec tamen perit qui et illud et illos dedit. Et ipsi filii praesenti saeculo perierunt, agnoscendi et recipiendi in futuro. Ille tamen vir habens aliud unde gauderet, in quo verum erat quod modo commemoravimus, PER SINGULOS DIES BENEDICAM TE, numquid quia ille dies quo cuncta perierant, tristis illuxit, ideo lux interior in corde defecit? Stetit quippe in illa luce, et ait: *Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum*. Ergo per singulos dies laudavit, qui etiam in die tam tristi laudavit. Breve magisterium est, ut semper laudes deum, veroque corde, non falso dicas: *Benedicam dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo*. Breve magisterium est, scilicet ut noveris eum misericorditer dare cum dat, misericorditer auferre cum tollit, nec te credas a misericordia eius derelinqui, qui tibi aut blanditur dando, ne deficias, aut corripit exsultantem, ne pereas. Sive ergo in eius donis, sive in eius flagellis, lauda tu. Laus flagellantis medicina est vulneris. PER SINGULOS inquit DIES BENEDICAM TE. Prorsus per singulos dies, fratres, benedicite; omnino quidquid acciderit, benedicite dominum. Etenim ne accidat aliquid quod ferre non potestis, ipse facit. Ideo cum timore debes esse, quando tibi bene est, neque te ad hoc parare, quasi ut numquam tenteris. Si enim numquam tentaris, numquam probaris. Nonne melius

---

**4, 13sq.** Iob 1,25 **17sq.** Ps. 33,2

---

*$\pi$ : $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ U $\varepsilon$ : N $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ T K (exc.) $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae : D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*
**4, 24** prorsus] *inc. K*

---

7 periit *$\alpha$ $\gamma_1$ X $P_6$* **8** et[2]] qui *praem. $\varepsilon$ $P_{23}$ Y T*; quia *$P_6$* **10** quo verum] quorum *$C_1$ $P_7$* | quod modo] quomodo *$\delta$* **12** cuncta perierant] totum perierat *$\gamma_1$ ma* | deficit *$\varepsilon$* **15** laudavit[1]] laudabit *$C_1$ $P_7$* | triste *$\pi$ N* | laudavit[2]] laudabit *$C_1$ $P_7$* **16** magisterium] mysterium *$\pi$* | semper *om. $\pi$* | veroque] verum qui *$\delta$* **18** magisterium] mysterium *$\delta$* **19** auferri *$\delta$* **20** derelinqui] non relinqui *$\delta$* **22** lauda tu] laudatur *$P_3$ $P_6$* **23** inquit *om. $\pi$* **25** dominum] deum *$\gamma_1$ ma* **27** ut *om. $\pi$ $\varepsilon$ Y* **28** si … tentaris *om. $\pi$ $\varepsilon$*

est tentari et probari, quam non tentatum reprobari? ET LAUDABO NOMEN TUUM IN SAECULUM ET IN SAECULUM SAECULI.

mi 1872 (5.) **MAGNUS DOMINUS ET LAUDABILIS VALDE.** Quantum *v. 3*
cc 2091 dicturus erat? Quae verba quaesiturus? Quantam conceptionem inclusit in uno VALDE? Cogita quantum vis. Quando autem potest cogitari qui capi non potest? LAUDABILIS est VALDE, **ET MAGNITUDINIS EIUS NON EST FINIS.** Ideo dixit VALDE, quia MAGNITUDINIS EIUS NON EST FINIS: ne forte incipias velle laudare, et putes te laudando posse finire, cuius magnitudo finem non potest habere. Noli ergo te putare eum cuius magnitudinis finis non est sufficienter posse laudare. Nonne ergo melius est ut quomodo ipse non finitur, nec laus ipsius finiatur? Illius magnitudo sine fine est, et tua laudatio sine fine sit. De magnitudine eius quid dictum est? MAGNITUDINIS EIUS NON EST FINIS. De tua laude quid? LAUDABO NOMEN TUUM IN SAECULUM ET IN SAECULUM SAECULI. Ergo sicut eius magnitudinis non est finis, sic tuae laudis non erit finis. Non enim cum mortuus fueris in hac carne, desines laudare dominum. Dictum est quidem: *Non mortui laudabunt te, domine*, sed illi de quibus dicitur: *A mortuo, velut qui non sit, perit confessio*, non illi de quibus ait: *Qui credit in me, licet moriatur vivet*, quia et *deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, non est mortuorum, sed vivorum.* Si enim numquam nisi ipsius eris, numquam a laude ipsius tacebis. Timere poteris ne, dum hic

---

**5, 16sq.** Ps. 113,17 **17sq.** Eccli. 17,26 **18sq.** Ioh. 11,25 **19sq.** Matth. 22,32

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ (A $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ U $f_3$ $\varepsilon$: N $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$: $P_6$ T $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae: D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*
**5, 12** finis] *des. K* **20** ipsius] *inc. $f_3$*

---

**5, 3** conclusit *D ma* | autem] enim *$\zeta$* **6** velle] valde *Y $P_5$* **7** putas *$\delta$* **14** magnitudinis eius *tr. U $\zeta$* **16** deum *$\gamma_1$* **18** periit *$\lambda$ $\varepsilon$* **19** et[1] *om. $So_1$ Y $P_5$ X ma* **20** mortuorum] deus *praem. $\alpha$ $\zeta$ Y* **21** a laude] laudem *$\gamma_1$* | tabescis *$\delta$* | vivis hic *tr. $\pi$ $\varepsilon$ $P_{23}$*

vivis, ipsius sis, et cum mortuus fueris, non sis ipsius? Audi apostolum emittentem tibi securitatem: *Sive vivimus, domino vivimus, sive morimur, domino morimur: sive ergo vivimus, sive morimur, domini sumus.* Et unde factum est ut eius sis et mortuus? Quia pretio sui sanguinis te redemit et mortuus. Quomodo perdit servum mortuum, cuius mors est pretium tuum? Ideo cum dixisset: *Sive vivimus sive morimur, domini sumus*, ut ostenderet ipsum pretium: *Ad hoc enim* inquit *Christus mortuus est, ut et mortuorum et vivorum dominetur.*

**(6.)** Verumtamen, quia MAGNITUDINIS EIUS NON EST FINIS, et eum quem non capimus, laudare debemus – si enim capimus, est magnitudinis eius finis, si autem magnitudinis eius non est finis, capere ex eo aliquid possumus, deum tamen totum capere non possumus –, tamquam deficientes in eius magnitudine, ut reficiamur eius bonitate, respiciamus ad opera, et de operibus laudemus operantem, de conditis conditorem, de creatura creatorem. Videamus quae hic fecerit, quae nobis nota sunt, quae nobis manifesta sunt. Illius enim immensa bonitas et interminabilis magnitudo quanta alia fecit quae nos non novimus! Quando quidem aciem oculorum nostrorum usque ad caelum extendimus, et cc 2092
a sole et luna et stellis rursus ad terram revocamus, et hoc totum spatium est ubi vagatur acies nostra, ultra caelos quis extendat

---

**23–25** Rom. 14,8 **29sq.** Rom. 14,9

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$: $\pi$ $Uf_3$ $\varepsilon$: $N$ $An_4$ $\gamma_1$: $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$: $P_6$ $T$ $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae: $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ $w$, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$)*

---

**22** ipsius sis *tr.* $\gamma_1$ *ma* **23** promittentem $P_6$ *ma* | tibi] nobis $\delta$ **25** unde] ergo *add.* $\delta$ | et[2] *om.* $\pi$ **26** qui $\delta$ | pretio sui] pretium $\varepsilon$ **29** enim *om.* $\alpha$ est] et resurrexit *add.* $\zeta$ *ma* **30** et vivorum et mortuorum *tr.* $X$ *ma* **6, 3** magnitudinis eius non est *tr.* $\zeta$ *ma* **4** aliquid ex eo *tr.* $Y$ $P_5$ **6** ad opera respiciamus *tr.* $X$ *ma*; respiciamus eius opera $\alpha$ **12** luna] a *praem.* $\gamma_1$ *ma* stellis] a *praem.* $X$ *ma* | revocamus ad terram *tr.* $\varepsilon$ $X$ *ma* **13** vocatur $\varepsilon$

aciem vel mentis, non dicam carnis? Ergo quantum nota sunt nobis opera eius, laudemus eum per opera eius. *Invisibilia enim eius a constitutione mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.*

**GENERATIO ET GENERATIO LAUDABIT OPERA TUA.** Om- v. 4
mi 1873 nis generatio laudabit opera tua. Forte enim omnis generatio dicta est GENERATIO ET GENERATIO. Non enim tamdiu dicturus erat: GENERATIO ET GENERATIO, quamdiu finiret numerum omnium generationum, sed repetitio loquentis in infinitum misit animum cogitantis. Ecce ista generatio quae nunc in carne est, transitura hinc, sicut venit, laudat opera dei, et illa cui succedenti cedit, laudabit utique opera dei, et post illam erit alia, et usque in finem saeculi quam multae generationes! Hoc significans ait: GENERATIO ET GENERATIO LAUDABIT OPERA TUA. An forte duas quasdam generationes insinuare voluit ista repetitione? Sumus enim in hac generatione filii dei; erimus in alia generatione filii resurrectionis. Appellavit scriptura filios resurrectionis; ipsam resurrectionem regenerationem vocavit. *In regeneratione* inquit *cum sederit filius hominis in maiestate sua.* Item alio loco: *Non enim nubent neque uxores ducent, cum sint filii resurrectionis.* Ergo GENERATIO ET GENERATIO LAUDABIT OPERA TUA. Laudamus nunc opera domini, cum in hac mortalitate vivimus; et si

**6, 15–17** Rom. 1,20 **31sq.** Matth. 19,28 **33** Luc. 20,35–36

*π*: *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*) *λ* : *π U $f_3$* *ε*: *N $An_4$* *$γ_1$* : *$C_1$ $P_7$ $So_1$* *ζ*: *$P_6$ T K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae*: *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, *$α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
**6, 16** sunt] *des. $f_3$* **18** generatio$^1$] *inc. K*

**14** vel aciem *tr. ma* | vel *om. α* | nobis nota sunt *tr. δ*; nobis *om. α* **16** eius *$f_3$ al.*; ipsius *U* | per ea] opera *ε* **18** laudavit *U* **24** succedent *ε*; succedit *ζ* **25** credit *π ε ζ* | alia] et *praem. $P_{23}$ Y $P_5$* **29** hac] ista *$γ_1$ ma* **31** resurrectionem regenerationem] generationem resurrectionem *δ*; resurrectionem generationem *$γ_1$* **32** sederit] venerit *ε $P_{23}$ Y $P_6$* | alio] in *praem. N $C_1^2$ ζ $P_{23}$ ma* **33** filii sint *tr. U* **35** dei *λ ε K ζ $P_{23}$*

laudamus compediti, quomodo laudabimus coronati! Ergo haec nunc attendamus in hac generatione opera domini, in cuius laude dicitur: GENERATIO ET GENERATIO LAUDABIT OPERA TUA, quoniam magnitudinis tuae non est finis. Opera tua intueri licet, ut tu lauderis qui talia operaris.

(7.) **ET VIRTUTEM TUAM ANNUNTIABUNT.** Neque enim opera tua laudabunt, nisi ut virtutem tuam annuntient. Proponuntur laudes pueris in schola, et omnia talia proponuntur quae laudentur, quae deus est operatus. Proponitur homini laus solis, laus caeli, laus terrae; ut ad minora etiam veniam, laus rosae, laus auri: omnia ista opera dei sunt, proponuntur, suscipiuntur, laudantur; opera celebrantur, de operatore tacetur? ‘Ego in operibus volo laudari creatorem’. Ingratum non amo laudatorem. Laudas quod fecit, taces de illo qui fecit? Quasi vero, nisi ille tantus esset, invenires quod laudares. In eo quod vides, quid ibi laudatur? ‘Species, utilitas, aliqua virtus, aliqua potentia rerum istarum’. Si pulchritudo te delectat, quid pulchrius faciente? Si utilitas laudatur, quid illo utilius qui fecit omnia? Si virtus laudatur, quid illo cc 2093
potentius a quo facta sunt omnia, a quo etiam facta non dimittuntur, sed reguntur et gubernantur omnia? Non ergo quemadmodum quidam eloquentes muti, laudantes creaturam, obliviscentes creatorem, non sic te laudat generatio et generatio in servis tuis, cum laudat opera tua. Sed quomodo laudat? ET VIRTUTEM TUAM ANNUNTIABUNT. In laudandis operibus tuis, virtu-

---

$\pi$ : $\alpha$ (*$V_2$ $Mc_1$*) $\delta$ (*A $H_1$*) $\lambda$ : $\pi$ *U* $\varepsilon$ : *N $An_4$* $\gamma_1$ : *$C_1$ $P_7$ $So_1$* $\zeta$ : *$P_6$ T* *K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae* : *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, $\alpha_2$ (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
***36** coronati] des. K* **38** generatio[1]] *inc. K* | tua] *des. K* **7, 1** et] *inc. K* **19** annuntiabunt] *des. K*

---

**7, 4** operatus est *tr.* $\delta$ **5** veniam etiam *tr.* $\delta$ **6** auri] lauri $\zeta$ *ma* | opera ista *tr.* $\alpha$ **7** ego] ergo *$An_4$* $\gamma_1$ $\zeta$ *Y* **8** laudare $\pi$ $\varepsilon$ $\zeta$ *$P_{23}$ Y $P_5$* **10** invenies *$C_1$ $P_7$* quod laudares] conlauderis $\pi$; quod lauderis *$C_1$ $P_7$* **14** a quo[2]] quod *$C_1$ $P_7$* **16** quidam *om.* $\alpha$ | muti $\alpha$ *$U^1$* $\zeta$ *$P_{23}$ $P_3$ ma;* multi *cett.* | creatura *N K* (*cf. infra 148,7,5*) **17** te] tale $\gamma_1$

tem tuam annuntiabunt. Laudatores isti, sancti et boni fideles, veri laudatores, non ingrati gratiae, cum laudant opera dei haec atque illa, summa et ima, caelestia et terrestria, inter ipsa opera dei quae laudant, et seipsos inveniunt, quia in operibus dei et ipsi sunt. Qui enim fecit omnia, ipse nos fecit inter omnia. Proinde si laudas opera dei et te laudaturus es, quia et tu opus dei es. Ubi est ergo: *Non te laudet os tuum*? Ecce inventum est quomodo et te
mi 1874 laudare possis, et arrogans non sis. Deum in te lauda, non te: non quia tu talis es, sed quia ille fecit te; non quia tu aliquid potes, sed quia ille potest in te et per te. Ac per hoc laudabunt, ET VIRTUTEM TUAM ANNUNTIABUNT: non suam, sed TUAM. Discite ergo laudare. Intuentes opera, miramini artificem, gratias agendo, non arrogando. Laudate quia ipse fecit, quia sic constituit, quia talia donavit.

**(8.)** Denique vide quae sequuntur: VIRTUTEM TUAM inquit ANNUNTIABUNT, **ET MAGNIFICENTIAM GLORIAE SANCTITATIS** *v. 5-7*
**TUAE LOQUENTUR, ET MIRABILIA TUA ENARRABUNT, ET VIRTUTEM METUENDORUM TUORUM DICENT, ET MAGNITUDINEM TUAM ENARRABUNT EAM, MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE ERUCTABUNT,** nonnisi tuum, nonnisi tuam. Iste operum considerator, vide si deflexus est ab operante ad opus; vide si decidit ab eo qui fecit, ad ea quae fecit. Ab his quae facta

---

**7, 26** Prov. 27,2

---

*π* : *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*)   *λ* : *π U*   *ε* : *N $An_4$*   *$γ_1$* : *$C_1$ $P_7$ $So_1$*   *ζ* : *$P_6$ T*   *K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$*   *lectiones selectae* : *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, *$α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
**20** laudatores] *inc. K*   **21** dei] *des. K*   **23** quae] *inc. K*   **33** donavit] *des. K*
**8, 1** virtutem] *inc. K*

---

**21** veri] *cf. Prosper ps. 144,48* (*cc 68A*); viri *λ*   **22** et[2] *om. ε $P_{23}$ T*   **24** ipse] ipse nos fecit omnia *praem. ε*   **28** es talis *tr. ma*   **29** ille] fecit te non quia tu aliquid potes quia ille *add. ε* | potest ille *tr. X ma*   **30** dicite *π*   **31** opera miramini] operamini *π*   **8, 1** inquit tuam *tr. $γ_1$ ma*   **2** et *om. π Y $P_5$*   **3** enarrabunt *$V_2$ $H_1$ U*; narrabunt *cett. ma*   **5** eam *om. $F_2$ K $P_6$*   **6** nonnisi tuum *om. $γ_1$ $P_{23}$ Y $P_5$ $P_6$ ma*   **7** vide si *om. $C_1$ $P_7$*

sunt, gradum sibi fecit ad eum, non ab illo ad ista casum. Si enim amaveris haec plus quam illum, non habebis illum. Et quid tibi prodest abundare operibus, si te deserit operator? Certe ama et haec, sed plus illum ama, et haec propter illum ama. Annuntia virtutem eius, magnificentiam gloriae sanctitatis eius loquere, mirabilia eius enarra, virtutem metuendorum dic. Iste enim amabilis et terribilis est. Non enim blanditur et non minatur. Si non blandiretur, nulla esset exhortatio; si non minaretur, nulla esset correctio. Dicent ergo laudatores tui ET VIRTUTEM METUENDORUM; virtutem creaturae tuae punientis et disciplinam dantis dicent, non tacebunt. Non enim praedicabunt regnum aeternum, et tacebunt ignem aeternum. Laus enim dei in via te constituens, cc 2094
ostendere tibi debet et quid diligas, et quid timeas, et quid appetas, et quid fugias, quid eligas, et quid reicias. Tempus electionis nunc est, acceptionis postea erit. Dicatur ergo virtus metuendorum. ET MAGNITUDINEM TUAM inquit ENARRABUNT EAM, sic infinitam, sic quomodo magnitudinis tuae non est finis, non de illa tacebunt. Illam, inquam, MAGNITUDINEM, de qua superius dixeram: ET MAGNITUDINIS tuae NON EST FINIS, ENARRABUNT EAM. Quomodo enarrabunt, si finis non est? Enarrabunt eam, cum laudabunt eam; et quia finis eius non est, sic et laudis eius

---

**8, 26** superius] *cf.* 5,4

---

$\pi$ : $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ $U$ $\varepsilon$ : $N$ $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ $T$ $K$ (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ $w$, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$)
**9** casum] *des. K* **12** annuntia] *inc. K* **14** mirabilia ... dic] *cf.* Prosp. lib. sent. 70 (*cc* 68A, p. 174) **15** minatur] *des. K* | si ... 17 correctio] *cf.* Prosp. *ibid.* **17** dicent] *inc. K* **20** aeternum] *des. K* **23** dicatur] *inc. K* **25** tuae] *des. K* **27** enarrabunt] *inc. K*

---

**13** eius[2] *om.* $\delta$ **14** eius *om.* $\pi$ **15** est et terribilis *tr.* *X ma* **17** correptio $C_1$ (*ac.*) *ma* **18** et *om.* $\lambda$ **19** non[2] ... tacebunt *om.* *U* | regnum] tuum *add.* $\varepsilon$ $\zeta$ $P_{23}$ *Y ma* **22** et[2] *om.* $\pi$ **24** tuam *om.* $\gamma_1$ **26** magnitudinem] tuam *add.* $\alpha$ $P_3$ *ma* **28** enarrabunt[1]] eam *add.* $\varepsilon$ $\gamma_1$ $\zeta$ $P_{23}$ $Y$ $P_5$ *ma* **29** sic *om.* *U*

non erit finis. Probemus quia non erit finis laudis eius. *Beati* inquit *qui inhabitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te.* ET MAGNITUDINEM TUAM illam, illam infinitam, ENARRABUNT EAM.

**(9.)** MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE ERUCTABUNT. O epulas felices! Quid manducabunt qui sic eructabunt MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE? Quid est MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE? Quia nos oblitus non es, cum obliti te nos fuerimus. Omnis enim caro oblita erat deum; ille tamen opera sua non est oblitus. Haec memoria eius super nos, quia non nos oblitus est, praedicanda est, enarranda est; et quia valde dulcis est, manducanda et eructanda est. Sic manduca, ut eructes; sic accipe, ut des. Manducas, cum discis; eructas, cum doces; manducas, cum audis; eructas, cum praedicas: hoc tamen eructas quod manducasti. Denique ille avidissimus epulator
mi 1875 Iohannes apostolus, cui non sufficiebat ipsa mensa domini, nisi discumberet super pectus domini, et de arcano eius biberet divina secreta, quid eructavit? *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum.* MEMORIAM ergo ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE ERUCTABUNT. Quomodo non sufficit 'memoriam tuam', nec 'memoriam abundantiae tuae', vel 'memoriam suavitatis tuae', sed MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE? Etenim quid prodest si abundat et insuave est? Item molestum, si suave et parum est.

---

**30–32** Ps. 83,5 **9, 13** discumberet ... domini] *cf.* Ioh. 13,23 **14sq.** Ioh. 1,1

---

$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ $U$ $\varepsilon$ : $N$ $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ $T$ $K$ (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ $w$, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$) *9, 10 praedicas] des. K* **18** etenim] *inc. K*

---

**30** erit$^{1}$] est $\gamma_1$ **31** inquit *om.* $K$ $C_1$ $P_7$ | habitant $\pi$ $\varepsilon$ $\zeta$ $P_{23}$ $Y$ *ma* **9, 3** quid ... tuae *om.* $A$ $P_5$ **10** audis] dicis $U$

**(10.)** Ergo MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE ERUCTABUNT, quia non es oblitus nostri; et non oblitus commonuisti nos, ut et nos reducas in memoriam. *Commemorabuntur* enim *et convertentur ad dominum universi fines terrae.* Quia ergo MEMORIAM ABUNDANTIAE SUAVITATIS TUAE ERUCTABUNT, intellegentes in se nihil boni esse quod a te non sit, nec potuisse converti ad te, nisi commonerentur abs te, nec reduci potuisse in memoriam tui, si tu oblivisceris illorum, haec considerantes in gratia tua, **ET IUSTITIA TUA EXSULTABUNT.** Haec, inquam, in tua cc 2095
gratia considerantes, EXSULTABUNT IUSTITIA TUA, non sua.

Fratres, si vultis eructare gratiam, bibite gratiam. Quid est bibite gratiam? Discite gratiam, intellegite gratiam. Nos antequam omnino essemus, non eramus; et facti sumus homines, cum ante nihil essemus: deinde iam ipsi homines ex traduce illius peccatoris et maligni eramus et filii irae natura sicut et ceteri. Attendamus ergo gratiam dei, non solum quia fecit nos, verum etiam quia refecit. Cui ergo debemus quia sumus, illi debemus quia et iustificati sumus. Nemo quasi deo tribuat quia est, et sibi tribuat quia iustus est. Melius est enim quod tibi vis tribuere quam quod illi: melius enim aliquid es quia iustus es quam quia homo es. Inferius aliquid das deo, et superius tibi. Totum illi da, in toto ipsum lauda: non cadas de manu artificis. Ut esses, quid

---

**10, 3sq.** Ps. 21,28 **15** *cf.* Eph. 2,3

---

*π* : *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*) *λ* : *π U* *ε* : *N $An_4$* *$γ_1$* : *$C_1$ $P_7$ $So_1$* *ζ* : *$P_6$ T* *K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae* : *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, *$α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
**10, 2** eructabunt] *des. K*

---

**10, 2** oblitus[1]] tu *add. ε ζ $P_{23}$ Y*; *praem. X ma* **7** commemorentur *ε $C_1$ $P_7$ $P_{23}$ $P_6$*; commemorarentur *$α_2$ Y* **8** oblivisceris *$P_5$ $So_1$ X ma*; obliviscerer *cett.* **9** considerantes in tua gratia *tr. ζ* **13** essemus omnino *tr. ζ ma* **14** antea *λ* | traduci *ε $γ_1$*; duce *π* **15** naturae *$C_1$ $P_7$* **16** quia] qua *X T ma* **17** quia[1]] qua *X T ma*; qui *$H_1$ $C_1$ $P_7$* **18** tribuat deo *tr. X ma* **22** cades *ε* quid] qui *δ $C_1$ $P_7$*; quis *$So_1$ X ma*

fecit? Nonne scriptum est quia sumpsit deus limum de terra, et formavit hominem? Antequam homo esses, limus eras; antequam limus esses, nihil eras. Sed non de isto solo figmento gratias agas artifici tuo; audi aliud eius figmentum ubi te fecit. *Non ex operibus* ait, *ne forte quis extollatur*. Sed quid dixit *non ex operibus, ne forte quis extollatur*? Superius quid commemoravit? *Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc non ex vobis*. Apostoli verba sunt, non mea: *Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc* – ut salvi essetis per fidem – *non ex vobis*. Quamvis hoc ipsum quod dixerat *gratia*, utique *non ex vobis*, sed, ne quis aliter intellegeret, planius hoc aperire dignatus est. Da intellectorem, et totum dixit: *Gratia salvi facti estis*. Ubi audis *gratiam*, gratis intellege. Si ergo gratis, nihil tu attulisti, nihil meruisti; nam si meritis aliquid redditum est,
mi 1876 merces est, non gratia. *Gratia* inquit *salvi facti estis per fidem*. Expone illud apertius propter arrogantes, propter sibi placentes, propter ignorantes dei iustitiam et suam volentes constituere. Audi hoc idem apertius: *Et hoc* inquit quod *gratia salvi facti estis, non ex vobis, sed dei donum est*. Sed et nos forte aliquid fecimus, ut dona dei mereremur. *Non ex operibus* inquit, *ne forte quis extollatur*. Quid ergo? Nos bene non operamur? Immo operamur. Sed quomodo? Ipso in nobis operante, quia per fidem locum damus in corde nostro ei qui in nobis et per nos bona operatur. Audi enim unde opereris bona: *Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, ut in illis ambulemus*. Ista est suavi-

---

**23sq.** scriptum est] Gen. 2,7 **26sq.** Eph. 2,9 **28sq.** Eph. 2,8 **39sq.** Et ... est] Eph. 2,9 **45sq.** Eph. 2,10

---

*π*: *α* ($V_2$ $Mc_1$) *δ* ($A$ $H_1$) *λ*: *π U* *ε*: *N* $An_4$ $γ_1$: $C_1$ $P_7$ $So_1$ *ζ*: $P_6$ *T* $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: *D* $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ *Y X* $e_3$ *w*, $α_2$ (= $F_2$ *F* $Mc_1$)

---

**25** figmentum *α A* $H_1^2$ *ε* **26** eius *om.* $C_1$ $P_7$ **27** sed ... extollatur *om. ε* $P_{23}$ *Y* | quid] qui *mi* (*post aliquos vet. edd.*) **29** non et hoc *tr.* $C_1$ $P_7$ | vobis] sed dei donum est *add.* $P_{23}$ *Y* **30** estis *om. δ* | per fidem$^2$ *om.* $C_1$ $P_7$ **34** gratiam] gratiâ *ma* **40** donum dei *tr. π* **45** opereris] operis *δ* **46** suavis *δ*

tas abundans memoriae ipsius circa nos. Hanc eructando, praedicatores eius iustitia eius exsultabunt, non sua. Quid ergo ut simus, ut laudemus, ut iustitia tua exsultemus, ut memoriam ab- cc 2096
undantiae suavitatis tuae eructemus, quid erga nos fecisti, domine, quem laudamus? Dicamus et, cum dicimus, laudemus.

*v. 8-9* (11.) **MISERICORS ET MISERATOR DOMINUS, LONGANIMIS ET MULTUM MISERICORS. SUAVIS DOMINUS OMNIBUS, ET MISERATIONES EIUS IN OMNIA OPERA EIUS.** Nisi ille talis esset, de nobis repetitio nulla esset. Attende ad te ipsum; quid merebaris peccator? Contemptor dei, quid merebaris? Vide si occurrit tibi nisi poena, si occurrit nisi supplicium. Vides ergo quid tibi debebatur, et quid dederit qui gratis dedit. Data est venia peccatori, datus est spiritus iustificationis, data est caritas et dilectio, in qua bona omnia facias; et super haec dabit et vitam aeternam et societatem angelorum: totum de misericordia. Merita tua nusquam iactes, quia et ipsa tua merita illius dona sunt: ET IUSTITIA TUA EXSULTABUNT.

MISERICORS ET MISERATOR DOMINUS, qui fecisti gratis omnia. LONGANIMIS: quantos enim sustinet peccatores! MISERICORS ET MISERATOR, in his quibus veniam dedit, in his quibus adhuc non dedit. LONGANIMIS, non damnans, sed exspectans, ipsa exspectatione clamans: *Convertimini ad me, et convertar ad vos*; et

---

**11, 17** Zach. 1,3; Mal. 3,7

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$: $\pi$ $U$ $f_3$ $\varepsilon$: $N$ $An_4$ $\gamma_1$: $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$: $P_6$ $T$ $K$ (exc.) $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae: $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ $w$, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$)*
**50** eructemus] *inc.* $f_3$ **11, 1** misericors] *inc. K* **6** poena] *des. K* **7** et] *inc. K* | peccatori] *des. K* **10** merita] *inc. K* **14** peccatores] *des. K* **16** non[2]] *inc. K* **17** vos] *des. K*

---

**48** eius[1] *om.* $\delta$ $C_1$ $P_7$ **50** ergo $\gamma_1$ | nos] non $C_1$ $P_7$ **51** laudemus] laudamus $\alpha_2$ $A$ $\varepsilon$ $\zeta$ $Y$ **11, 3** in *om.* $C_1$ $P_7$ **4** repetitio nulla $f_3$ *al.*; nulla repetitio *tr.* $U$ $K$; reparatio talis nulla $\zeta$ **5** dei $f_3$ *al.*; *om.* $U$ **6** poenam $\delta$ | occurrit] tibi *add.* $\varepsilon$ $\gamma_1$ $\zeta$ $P_{23}$ $Y$ $X$ *ma* **9** omnia bona *tr.* $\gamma_1$ *ma* **13** omnia gratis *tr. lo ma* **15** miserator] dominus *add. X ma*

nimia longanimitate, *Nolo* inquit *mortem impii, quantum ut re-
vertatur et vivat.* Ille quidem longanimis; tu autem *secundum
duritiam cordis tui et cor impaenitens thesaurizas tibi iram in die
irae et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum
opera sua*. Non enim modo sic longanimis in sustinendo, ut num-
quam iustus in vindicando. Distribuit tempora: vocat te nunc,
exhortatur te nunc; exspectat donec facias; et tu tardas? Magna
eius misericordia et in hoc quod diem vitae tibi incertum fecit, ut
nescias quando hinc emigrabis, et cum quotidie speras te ali-
mi 1877 quando convertas, et in hoc magna eius misericordia. Ceterum si
statuisset diem omnibus, faceret abundare peccata de securitate.
Dedit ergo spem veniae, ne desperando amplius pecces. Et spes et
desperatio timenda est in peccatis. Videte vocem desperantis ad
augenda peccata, et videte vocem sperantis ad augenda peccata, et
quomodo utrique voci occurrit providentia et misericordia dei.
Audi vocem desperantis: 'Iam, inquit, damnandus sum; quare
non faciam quidquid volo?' Audi et vocem sperantis: 'Misericor-
dia dei magna est; quando me convertero, dimittit mihi omnia;
quare non facio quidquid volo?' Desperat ut peccet; sperat ut pec-
cet. Utrumque metuendum est, utrumque periculosum: vae a
cc 2097 desperatione!, vae a perversa spe! Utrique huic periculo et utri-
que malo quomodo occurrit misericordia dei? Quid dicis tu, qui

---

**19** ille ... longanimis] *cf.* Rom. 2,4 **19–22** Rom. 2,5–6

---

$\pi$: $\alpha$ ($V_2\,Mc_1$) $\delta$ ($A\,H_1$) $\lambda$: $\pi\,U f_3$ $\varepsilon$: $N\,An_4$ $\gamma_1$: $C_1\,P_7\,So_1$ $\zeta$: $P_6\,T$ $K$ (*exc.*) $Br_1\,P_{23}$ *lectiones selectae*: $D\,P_3\,P_5\,P_{15}\,Y\,X\,e_3\,w$, $\alpha_2$ (= $F_2\,F\,Mc_1$)
**25** incertum] *des.* $f_3$

---

**18** nimiam longanimitatem $C_1\,P_7\,So_1$; vide *praem.* $C_1^2\,So_1$ | tantum $An_4\,P_5\,D$ $T$ *ma* | ut *om.* $\pi\,\varepsilon\,P_{23}\,Y\,P_6$ **19** longanimis] in *praem.* $\pi$ **24** facias] respicias $X$ *ma* **25** et *om.* $\pi\,\varepsilon$ **26** te] migrare *add.* $D$ *ma* **27** convertaris $D$ *ma* **29** sperando $\lambda$ | pecces et] peccasset $U$ | et[1] *om.* $\zeta$ | et spes *om.* $\varepsilon\,\gamma_1$ | et[1] ... 31 peccata[2] *om.* $H_1\,C_1$ (*ac.*) **32** voci utrique *tr.* $U$ **34** facio $P_{23}\,Y\,T$ *ma* magna dei misericordia est *tr.* $\zeta$ **35** domini $\gamma_1$ *ma* | dimittit] *cf. infra 45. 49*; dimittet $\gamma_1\,\zeta\,X$ *ma* **38** et *om.* $\delta$

desperando volebas peccare? ‘Iam damnandus sum; quare non facio quidquid volo?’ Audi scripturam: *Nolo mortem impii, quantum ut revertatur et vivat.* Hac voce dei reducitur in spe, sed timendus est alius laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo et tu dicebas, qui spe magis peccas? ‘Quando me convertero, omnia mihi deus dimittit; faciam quidquid volo’. Audi et tu scripturam: *Ne tardes converti ad dominum neque differas de die in diem; subito enim venit ira illius, et in tempore vindictae disperdet te.* Noli ergo dicere: ‘Cras me convertam, cras deo placebo, et omnia hodierna et hesterna dimittuntur mihi’. Verum quidem dicis, quia deus conversioni tuae indulgentiam promisit, sed dilationi tuae diem crastinum non promisit.

**(12.)** SUAVIS DOMINUS OMNIBUS, ET MISERATIONES EIUS IN OMNIA OPERA EIUS. Quare ergo damnat? Quare flagellat? An quos damnat non sunt opera eius? Plane opera eius. Et vis nosse quia SUPER OMNIA OPERA EIUS MISERATIONES EIUS? Inde est illa longanimitas qua *facit solem suum oriri super bonos et malos.* Nonne MISERATIONES EIUS IN OMNIA OPERA EIUS qui *pluit super iustos et iniustos*? Nonne MISERATIONES EIUS IN OMNIA OPERA EIUS longanimis exspectans peccatorem? Dicens: *Convertimini ad me, et convertar ad vos*, nonne MISERATIONES EIUS IN OMNIA OPERA EIUS? Et cum dicit: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo*

**41sq.** Ezech. 33,11 **46–48** Eccli. 5,8–9 **12, 5** Matth. 5,45 **6sq.** Ibid. **10sq.** Matth. 25,41

*π* : *α* ($V_2$ $Mc_1$) *δ* (*A* $H_1$) *λ* : *π U* *ε* : *N* $An_4$ $γ_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ *ζ* : $P_6$ *T* *K* (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae* : *D* $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ *Y X* $e_3$ *w*, $α_2$ (= $F_2$ *F* $Mc_1$)
**50** deus ... promisit] *cf.* Prosp. sent. 71 (*cc* 68A, p. 274)

**41** tantum $P_5$ *D T* **42** spem $X^2$ *ma* **43** amplius $f_3$ *al.*; plus *U*; alius $γ_1$ *X* **45** dimittet *ζ X ma* **47** venit $f_3$ *al.*; veniet *U* $P_6$ *ma* | disperdet $f_3$ *al.*; disperdit *δ ε* **12, 1** omnibus] universis *δ* **2** an quos damnat] an quos flagellat *praem. D*; *add.* $C_1^2$ $So_1$ *X ma* **3** plane opera eius *om. π* $P_5$ **4** inde] id *δ* **5** quia $γ_1$ **8** exspectat $α_2$ *ma*

*et angelis eius*, hic non miseratio eius, sed severitas eius? Miseratio
eius reddita est operibus eius; severitas eius est non in opera sua,
sed in opera tua. Denique si tollas opera tua mala, et non in te
remaneat nisi opus eius, non te dimittet miseratio eius. Si autem
tu non dimittis opera tua, erit severitas eius in opera tua, non in
opera sua.

(13.) **CONFITEANTUR TIBI, DOMINE, OMNIA OPERA TUA,** *v. 10*
**ET SANCTI TUI BENEDICANT TE.** OMNIA OPERA TUA CONFITE-
ANTUR TIBI. Quid enim? Terra non est opus eius? Ligna non sunt
opera eius? Pecora, bestiae, pisces, volatilia, non sunt opera eius?
Plane et haec opera eius. Et quomodo ei confitebuntur et haec?
Video quidem in angelis confiteri illi opera eius. Etenim opera
mi 1878 eius sunt angeli; et homines opera eius sunt, et cum confitentur ei
homines, opera eius illi confitentur. Numquid ligna et lapides
vocem habent confessionis? 'Prorsus confiteantur ei omnia opera
eius'. Quid dicis? Et terra et ligna? 'Omnia opera eius'. Si omnia
cc 2098 laudant, cur non omnia confitentur? Confessio enim non pecca-
torum tantum dicitur, sed et laudis, ne forte ubicumque auditis
confessionem, putetis iam non esse nisi peccati. Usque adeo enim
hoc putatur ut, quando sonuerit de divinis eloquiis, continuo sit
consuetudo pectora tundere. Audi quia est et laudis confessio.
Numquid dominus Iesus Christus habebat peccatum? Et tamen
ait: *Confiteor tibi, pater domine caeli et terrae*. Confessio est ergo

---

**13, 17** Matth. 11,25

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ U $\varepsilon$: N $An_4$ $\gamma_1$: $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$: $P_6$ T K (exc.) $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae: D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*
**13, 1** confiteantur] *inc. K* **5** confitebuntur] *des. K* **8** numquid] *inc. K* **13** peccati] *des. K*

---

**12** reddita] reddita eius *praem. $\delta$* | est[2] *om. $\pi$ $P_5$* **13, 2** et … tua *om. $\pi$* **5** confitebuntur ei *tr. $\delta$* **7** sunt[1]] sicut *$\varepsilon$ $P_6$* | ei] illi *X ma* **11** omnia non *tr. $\zeta$* | tantum peccatorum *tr. $\pi$* **12** ne … 15 tundere *om. $\alpha$* | audistis *$C_1$ $P_7$* **17** domine pater *tr. $\alpha$*

in laude. Proinde quid accipiendum CONFITEANTUR TIBI, DOMINE, OMNIA OPERA TUA? Laudent te omnia opera tua. Sed talis quaestio redit ad laudem, qualis erat in confessione. Si enim propterea confiteri non poterant terra, ligna et quaeque insensata quia vocem non habent confitendi, ideo nec laudabunt quia vocem non habent praedicandi. Nonne tamen omnia tres illi pueri enumerant, deambulantes inter flammas innoxias, quibus spatium erat non solum non ardendi, sed etiam laudandi deum? Omnibus dicunt a caelestibus usque ad terrena: *Benedicite, hymnum dicite et superexaltate eum in saecula.* Ecce quomodo dicunt hymnum. Nemo hoc sentiat, quod mutus lapis aut mutum animal habeat rationem intellegendi deum; hoc qui putaverunt multum a veritate aberraverunt. Deus ordinavit omnia et fecit omnia: quibusdam dedit sensum et intellectum et immortalitatem, sicut angelis; quibusdam dedit sensum et intellectum cum mortalitate, sicut hominibus; quibusdam dedit sensum corporis, nec intellectum, nec immortalitatem dedit, sicut pecoribus; quibusdam vero nec sensum nec intellectum, nec immortalitatem, sicut herbis, lignis, lapidibus; tamen et ipsa in genere suo deesse non possunt, et gradibus quibusdam ordinavit creaturam, a terra usque ad caelum, a visibilibus ad invisibilia, a mortalibus ad immortalia. Ista contextio creaturae, ista ordinatissima pulchritudo, ab imis ad summa conscendens, a summis ad ima descendens, nusquam

---

**26sq.** Dan. 3,52 – 90

---

*π*: *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*) *λ* : *π U $f_3$* *ε*: *N $An_4$* *$γ_1$* : *$C_1$ $P_7$ $So_1$* *ζ*: *$P_6$ T K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae*: *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, *$α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
**18** proinde] *inc. K* **34** immortalitatem] *des. K* **35** nec$^2$] *inc. K* **39** ista] i|sta *inc. $f_3$*

---

**19** laudant *δ* | omnia$^2$ *om. δ* | tua$^2$] sed talis quales laudent opera tua *add. ε* **21** poterant] poterit *ε D*; poterunt *Y lo;* potuerunt *ma* **25** non$^2$ *om. δ* **30** erraverunt *K $C_1$ $P_7$* | et fecit omnia *om. π* | quibusdam ... angelis *om. α* **34** nec intellectum nec sensum *tr. δ* **37** ad] in *α U ε Y K* **40** summam *δ*

interrupta, sed dissimilibus temperata, tota laudat deum. Quare ergo tota laudat deum? Quia cum eam consideras et pulchram vides, tu in illa laudas deum. Vox quaedam est mutae terrae, species terrae. Attendis et vides eius speciem, vides eius fecunditatem, vides eius vires, quomodo concipiat semen, quomodo plerumque afferat quod non est seminatum; vides, et consideratione tua tamquam interrogas eam; ea ipsa inquisitio interrogatio est. Cum autem inquisieris admirans, et perscrutatus fueris, et magnam vim, magnam pulchritudinem, praeclaramque virtutem inveneris, quoniam apud se et a se habere hanc virtutem non posset, continuo tibi venit in mentem quia non potuit a se esse, nisi
cc 2099 ab illo creatore. Et hoc quod in ea invenisti, vox confessionis
mi 1879 ipsius est, ut laudes creatorem. Nonne considerata universa pulchritudine mundi huius, tamquam una voce tibi species ipsa respondet: ‘Non me ego feci, sed deus’?

**(14.)** Ergo CONFITEANTUR TIBI, DOMINE, OMNIA OPERA TUA, ET SANCTI TUI BENEDICANT TE. Ut in confessione operum tuorum sancti tui te benedicant, ipsi sancti tui inspiciant creaturam confitentem. Et illorum vocem audi benedicentem. Etenim
cum sancti tui benedicunt te, quid dicunt? **GLORIAM REGNI TUI** *v. 11*
**DICENT, ET POTENTIAM TUAM LOQUENTUR.** Quam potens deus, qui fecit terram! Quam potens deus, qui implevit terram bonis! Quam potens deus, qui dedit vitas suas propriis animalibus! Quam potens deus, qui semina diversa dedit visceribus ter-

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ (A $H_1$)   $\lambda$ : $\pi$ U $f_3$   $\varepsilon$: N $An_4$   $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$   $\zeta$: $P_6$ T K (exc.) $Br_1$ $P_{23}$   lectiones selectae: D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*
**14, 3** benedicant] *des. K*   **5** quid] *inc. K*

---

**41** quare ... quia *om. $\alpha$* | quare ... 43 deum *om. $\delta$*   **46** offerat *$\alpha$*   **47** tamquam *om. U $f_3$* | ea *$f_3$ al.*; et *$\varepsilon$ $\gamma_1$ $\zeta$ Y ma*   **50** se et a] sectam *$\delta$* | et] nec *$\alpha$*   **52** illo] ipso *$\zeta$* | hoc *om. $\varepsilon$* | in ea *om. $\pi$*   **14, 2** benedicent *$\delta$*   **3** te *om. $\alpha_2$ $\delta$ $\varepsilon$* | benedicant te *tr. $V_2$ K $\zeta$*   **5** cum *om. $\delta$*   **6** quam potens deus qui fecit terram *om. $\pi$*   **7** quam ... terram *post* animalibus (*l. 8*) *tr. $\alpha$*   **8** bonis *om. $\alpha$* | proprias *ma*   **9** terrae *om. $\alpha$*

rae, ut germinarent tantam varietatem fruticum, tantam speciem arborum! Quam potens deus! quam magnus deus! Tu interroga, creatura respondet; et de responsione, tamquam confessione creaturae, tu, sanctus dei, benedicis deum.

*v. 12* ET POTENTIAM LOQUENTUR. **(15.) UT NOTAM FACIANT FILIIS HOMINUM POTENTIAM TUAM, ET GLORIAM MAGNITUDINIS DECORIS REGNI TUI.** Sancti ergo tui commendant GLORIAM MAGNITUDINIS DECORIS REGNI TUI: magnitudinis decoris gloriam. Est quaedam magnitudo decoris regni tui; hoc est regnum tuum habet decorem et magnum decorem. Quandoquidem quidquid habet decorem, a te habet decorem; ipsum regnum tuum qualem decorem habet! Non nos terreat regnum: habet et decorem quo delectemur. Etenim quale illud decus est quo perfruentur sancti, quibus dicetur: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum.* Unde ibunt? Quo ibunt? Videte, fratres, et si potestis, quantum potestis, cogitate decorem regni illius quod venturum est, unde est in oratione nostra: *Adveniat regnum tuum.* Ipsum enim regnum optamus ut veniat, hoc regnum venturum sancti praedicant. Mundum istum attendite; decorem habet. Quem decorem habet terra, mare, aer, caelum, sidera! Omnia haec nonne omnem consideratorem terrent? Nonne pulchritudo ipsa sic eminet ut quasi pulchrius nihil inveniri possit? Et hic vivunt in isto decore, in

---

**15, 10sq.** Matth. 25,34 **14** Matth. 6,10

---

*π*: *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*) *λ*: *π U $f_3$* *ε*: *N $An_4$* *$γ_1$*: *$C_1$ $P_7$ $So_1$* *ζ*: *$P_6$ T K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae*: *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
**15, 7** decorem$^2$] *des. K*

---

**10** fruticum] fructi cum *ε Y $P_7$*; fructuum *$F_2$ $P_{23}$*; fructuum fruticum *$V_2$* **13** tu] tuae *$C_1$ $P_7$*; *om. α* | sancte *α $C_1^2$ $So_1$*; sancti *ε* | benedices *π ε ζ Y* **14** et potentiam loquentur *om. ε ζ $P_{23}$ Y* | loqueris *$C_1$ $P_7$ X ma* **15, 7** a te habet decorem *om. π* **8** terret *π* **9** et *om. π ε* | qualis ille decor *ζ* **12** quantum potestis *om. π*

ista pulchritudine prope iam ineffabili, hic vivunt tecum et vermiculi et mures, et omnia terrae serpentia; ista tecum vivunt in decore isto. Quale decus est illius regni, ubi tecum non vivunt nisi angeli! Ideo parum fuit ut diceret GLORIAM DECORIS. Potuit enim dici et gloria decoris cuiuslibet speciei etiam in hoc mundo constitutae vel de terra virentis vel de caelo fulgentis. Sed MAGNITUDINIS DECORIS REGNI TUI aliquid commendat quod nondum videmus, quod nondum
cc 2100 visum credimus, quod creditum desideramus, propter cuius desiderium omnia sustinemus. Est ergo magnitudo decoris cuiusdam: ametur antequam videatur, ut cum visum fuerit
teneatur. (16.) **REGNUM TUUM.** Quod regnum dico? **REGNUM** *v. 13*
**OMNIUM SAECULORUM.** Nam et regnum huius saeculi habet decorem suum, sed non est ibi magnitudo illa decoris, qualis est in regno omnium saeculorum.

**ET DOMINATIO TUA IN OMNI GENERATIONE ET GENERA-**
mi 1880 **TIONE.** Haec est illa repetitio vel omnem generationem significans vel generationem illam quae erit post hanc generationem.

(17.) **FIDELIS DOMINUS IN VERBIS SUIS, ET SANCTUS IN OMNIBUS OPERIBUS SUIS.** FIDELIS IN VERBIS SUIS. Quid enim promisit, et non dedit? FIDELIS DOMINUS IN VERBIS SUIS. Adhuc quaedam promisit et non dedit, sed credatur illi ex his quae dedit. FIDELIS DOMINUS IN VERBIS SUIS. Possemus illi credere tantum-

---

**16, 6** illa repetitio] *cf.* 6,28

---

$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ $U f_3$ $\varepsilon$: $N$ $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$: $P_6$ $T$ $K$ (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ $w$, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$)
**29** decoris] *des.* $f_3$ **16, 1** regnum[1] *inc.* $K$ **17, 2** suis[1] *des.* $K$

---

**21** repentia $\gamma_1$ (*deest* $P_7$) *ma* **24** gloriam $H_1$ $U f_3$ **27** vidimus $U$ $P_5$ **28** desideravimus $\pi$ (*exc.* $\alpha_2$) **30** visa $X$ *ma* **16, 1** tuum] regnum omnium saeculorum *add.* $\zeta$ **3** decoris illa *tr.* $\alpha$ **6** significans vel generationem *om.* $\pi$ **17, 1** verbis] omnibus *praem.* $\delta$ **2** fidelis] dominus *add.* $H_1$ $\gamma_1$ $\zeta$ *ma* **4** creditur $\varepsilon$ **5** possimus $\pi$ $P_5$ $C_1$ $P_7$; possumus $\varepsilon$ $So_1$ $P_{23}$

modo dicenti. Noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneri scripturam suam; quomodo si diceres alicui homini, cum aliquid promitteres: 'Non mihi credis? Ecce scribo tibi'. Etenim quia generatio vadit, et generatio venit, et sic transcurrunt ista saecula cedentibus succedentibusque mortalibus, scriptura dei manere debuit et quoddam chirographum dei, quod omnes transeuntes legerent, et viam promissionis eius tenerent. Et quanta sunt quae reddidit ex isto chirographo! Dubitant homines credere illi de resurrectione mortuorum et de futuro saeculo, quod solum iam reddendum restitit, quando si faciat rationem cum infidelibus, erubescunt! Infidelis! si dicat tibi deus: 'Chirographum meum tenes, iudicium promisi, diremptionem bonorum et malorum, regnum sempiternum fidelibus, et non vis credere? Ibi in chirographo meo lege omnia quae promisi, deduc mecum rationem. Certe vel computando quae reddidi, potes me credere redditurum esse quod debeo. In ipso chirographo habes promissum unicum filium, cui non peperci, sed pro vobis omnibus tradidi eum: iam computa in redditis. Lege chirographum: promisi ibi pignus spiritus sancti daturum me per filium meum: computa redditum. Promisi ibi sanguinem et coronas martyrum gloriosissimorum: computa redditum. Admoneat te Massa debiti mei. Sed haec gloria martyrum ut redderetur, tibi promissa in chirographo, ubi scrip-

---

**17, 22** *cf.* Rom. 8,32 **23sq.** *cf.* Act. 1,8; 2,2 – 4

---

*$\pi$ : $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ (A $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ U $\varepsilon$ : N $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ T $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae : D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*

---

**9** sic] si *$\pi$ $\varepsilon$ $P_{23}$ T* **14** et *om. $P_{23}$ Y $P_{15}$* | iam] non add. *$\delta$ $\varepsilon$ $P_{23}$ Y* **15** restat *X ma* **16** infidelis *conieci*; infideles *codd. ma*; infidel⟨is⟩ es *Primmer* (*ita distinguens:* ... erubescunt? Infidel⟨is⟩ es, si ...) **17** diremptionem *U $C_1$ $So_1$ X T ma*; de redemptione *$\pi$ $\varepsilon$*; de redditione *$V_2$ $P_{15}$ $P_6$*; redemptionem *$P_{23}$ Y $P_7$ $P_5$* **24** me daturum *tr. X ma* **26** debiti] redditi *praem. D ma* | haec] et *$P_6$*; et *praem. lo ma*

cc 2101 tum est: *Propter te mortificamur tota die* – ut hoc redderetur *fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania; adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum, adversus dominum et adversus Christum eius. Principes convenerunt in unum,* conspirantes adversus Christianos. Quid? Ipsorum regum fidem nonne et promisi in chirographo et reddidi in effectu? Attende ubi promisi: *Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes servient illi.* Ingrate, legis debitum, cernis redditum, non credis promissum? Lege aliud in chirographo meo: quoniam *fremuerunt gentes*, quoniam *inimici mei dixerunt mala mihi*, hoc est Christo, *quando morietur et peribit nomen eius?* – quoniam haec omnia fecerunt mi 1881 atque dixerunt, lege quid promisi, cui solvendo me obstrinxi: *Praevalebit dominus adversus eos, et exterminabit omnes deos gentium terrae; et adorabunt eum unusquisque de loco suo*'. Nempe iam praevaluit, et exterminat omnes deos gentium terrae. Nonne et hoc facit, et hoc reddit? Ante oculos omnium ponit solutionem debitorum suorum: quaedam reddidit sub maioribus nostris, quae nos non vidimus; quaedam reddidit temporibus nostris, quae illi non viderunt: per omnes generationes reddidit quae scripta sunt. Et quod restat non ei creditur? His omnibus redditis quid restat? Ecce fecisti rationem: tanta reddidit. Numquid propter pauca residua infidelis est factus? Absit! Absit! Quare? Quia

---

**28** Ps. 43,22 **29–31** Ps. 2,1–2 **34** Ps. 71,11 **37sq.** inimici ... eius] Ps. 40,6 **40sq.** Soph. 2,11

---

*$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ (A $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ U $f_3$ $\varepsilon$ : N $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ T K (exc.) $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae: D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w, $\alpha_2$ (= $F_2$ F $Mc_1$)*
**43** ponit] *inc. $f_3$*

---

**33** effectum *$\pi$* **34** serviunt *$\varepsilon$* **39** quod *$\varepsilon$ X ma* | me solvendo *tr. X ma* **40** exterminavit *U* | deos] dominos *$\delta$* **41** eum *om. U* **42** et *om. X ma* exterminavit *$\varepsilon$ $C_1$ $P_7$ $\zeta$ Y $P_5$ ma* **43** faciat *$C_1$ $P_7$* **47** quid *$\gamma_1$ ma* | credituri *$\varepsilon$ $\gamma_1$ ma* **48** quid *$f_3$ al.*; ei *add. $\varepsilon$ $\gamma_1$* **49** absit$^2$ *U $f_3$ $C_1$ $P_7$ $P_5$*; *om. cett. ma*

FIDELIS DOMINUS IN VERBIS SUIS, ET SANCTUS IN OMNIBUS OPERIBUS SUIS.

*v. 14* **(18.) CONFIRMAT DOMINUS OMNES DECIDENTES.** Sed quos OMNES DECIDENTES? Omnes omnino decidentes, sed modo quodam decidentes. Etenim multi decidunt ab eo; multi autem decidunt a cogitationibus suis. Si habebant malas cogitationes, decidunt ab eis, et CONFIRMAT DOMINUS OMNES DECIDENTES. Qui aliquid amittunt in isto saeculo et sancti sunt, veluti exhonorantur in isto saeculo; ex divitibus fiunt pauperes, ex honoratis fiunt abiecti, et tamen sancti dei sunt: tamquam decidentes sunt, sed CONFIRMAT DOMINUS OMNES DECIDENTES. *Septies enim cadit iustus et resurgit; impii autem infirmabuntur in malis.* Quando mala accidunt impiis, infirmantur ibi; quando mala accidunt iustis: CONFIRMAT DOMINUS OMNES DECIDENTES. Deciderat Iob a gloria pristinae lucis temporalium rerum, quibus nitebat ad tempus: deciderat a gloria domus suae. Vultis nosse quantum deciderat? In stercore sedebat: et confirmavit dominus decidentem. Quantum confirmavit? Ut et in ipso gravi vulnere quo per totum corpus percussus erat, responderet uxori tentanti, quam solam sibi diabolus reliquerat adiutricem: *Locuta es tamquam una* cc 2102
*ex insipientibus mulieribus: si bona percepimus de manu domini, mala non sustinemus?* Quomodo confirmaverat decidentem! CON-

---

**18, 4** *cf.* Ps. 5,11 **9sq.** Prov. 24,16 **18–20** Iob 2,7 – 10

---

*π*: *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*) *λ*: *π U $f_3$* *ε*: *N $An_4$* *$γ_1$*: *$C_1$ $P_7$ $So_1$* *ζ*: *$P_6$ T K* (*exc.*) *$Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae*: *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, *$α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*)
**18, 1** confirmat] *inc. K* **5** decidentes] *des. K* **19** percepimus] *des. $f_3$*

---

**50** et *$f_3$ al.*; *om. δ* **18, 2** omnes[1] *$f_3$ al.*; *om. π $P_5$* | omnes[2]] non *praem. Primmer* **3** decidentes etenim multi *$f_3$ al.*; *om. π* | decidunt] -ent *δ* **10** cadet … resurget *U* | resurget *δ* | malis] malum *α* **12** deciderat] enim *add. δ* **16** in *om. α $H_1$ $γ_1$ $P_5$* **17** percussus erat] percusserat *ε $C_1$ $P_7$ Y T* **18** est *δ* **19** suscepimus *π Y* **20** sustinebimus *$P_6$ ma*

FIRMAT DOMINUS OMNES DECIDENTES. *Cum ceciderit* inquit *non conturbabitur, quoniam dominus confirmat manum eius.* **ET ERIGIT OMNES ELISOS:** omnes ad se pertinentes. Nam *deus superbis resistit.*

**(19.) OCULI OMNIUM IN TE SPERANT, ET TU DAS ESCAM** *v. 15*
**ILLIS IN OPPORTUNITATE.** Prorsus tamquam reficiens aegrotum in opportunitate, quando debet accipere, tunc das, et quod debet, hoc das. Itaque aliquando desideratur ab illo, et non dat: novit horam dandi qui curat. Quare ista dico, fratres? Ne quis quando forte non fuerit exauditus aliquid iustum petens a deo – nam quando iniustum aliquid petit, in poenam suam exauditur, sed aliquid non iniustum petens, si forte non fuerit exauditus, non minuatur animo, non deficiat: exspectent oculi eius ad escam, quam ille dat in opportunitate. Quando non dat, ideo non dat ne obsit quod dat. Neque enim aliquid iniustum petebat apostolus, quando rogavit ut auferretur ab eo stimulus carnis, angelus sata-
mi 1882 nae a quo colaphizabatur, et tamen rogavit, et non accepit, quia tempus adhuc erat exercendae infirmitatis, non escae opportunitatis. *Sufficit* inquit *tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Petiit diabolus tentandum Iob, et accepit. Attendite, fratres mei, magnum mysterium discendum, repetendum, tenendum animo, numquam obliviscendum, propter abundantiam tentatio-

---

**21sq.** Ps. 36,24 **23sq.** Iac. 4,6 **19, 15sq.** 2 Cor. 12,7 – 9 **16** petiit ... accepit] *cf.* Iob 1,9 – 12; 2,4 – 6

---

$\pi$: $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ $U f_3$ $\varepsilon$: $N An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$: $P_6$ $T$ $K$ (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ *w*, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$) **19, 1** oculi] *inc. K* **4** das] *des. K*

---

**21** non $\delta$ $U$ $P_5$; *om. Psalt. Ver.*; iustus *praem. cett., Psalt. Rom., ma* **19, 6** aliquid ... sed aliquid] *anacoluthon* | iustum *X D ma*; non iustum $\zeta$ $P_{23}$; iniustum *cett.* **8** non iniustum $\zeta$ $P_{23}$ $Y$ $So_1$ *ma*; non iustum $\lambda$ $\varepsilon$ $C_1$ $P_7$; iustum *D;* iniustum non *X* **9** deficiant $\delta$ **12** rogabat $\gamma_1$ *ma* | ut] aut $\delta$ | auferetur $\delta$ **15** tibi inquit *tr.* $\alpha$ $An_4$ | nam *om.* $U$ $P_5$ **16** petiit $\alpha$ $\zeta$ *ma*; petit *cett.* | Iob tentandum diabolus *tr. X ma* **17** repetendum *om.* $\pi$

num in isto saeculo. Quid dicam? Revera comparandus apostolus
diabolo? Apostolus rogat, et non accipit; diabolus petit, et acci-
pit. Sed non accepit apostolus propter perfectionem suam, acce-
pit diabolus ad damnationem suam. Denique ipse Iob accepit
sanitatem in opportunitate. Dilatus tamen ut probaretur (et diu
sedit in vulnere et multa dixit), rogabat deum ut auferrentur ab
eo ista, et deus non auferebat. Citius diabolum exaudivit ad eum
tentandum quam ipsum Iob ad sanandum. Discite ergo non mur-
murare adversus deum; et quando non exaudimini, ne deficiat in
vobis quod supra scriptum est: PER SINGULOS DIES BENEDICAM
TE. Ipse unicus, ipse filius, pati utique venerat, solvere quod non
debebat, mori in manibus peccatorum, sanguine suo delere chiro-
graphum mortis nostrae: ad hoc venerat, et tamen, ut ostenderet
exemplum patientiae, ⟨qui⟩ *transfiguravit corpus humilitatis nos-*
*trae conforme corpori gloriae suae*, '*Pater* inquit, *si fieri potest,* cc 2103
*transeat calix iste a me*', et ut impleret, quamvis non acciperet
quod petere videbatur, PER SINGULOS DIES BENEDICAM TE,
'*Verum non quod ego volo* ait, *sed quod tu vis, pater*'. OCULI
OMNIUM IN TE SPERANT, ET TU DAS ESCAM ILLIS IN OPPORTUNI-
*v. 16* TATE. **(20.) APERIS TU MANUM TUAM, ET REPLES OMNE ANIMAL**

---

**28** supra] Ps. 144,2 **30sq.** delere chirographum] *cf.* Col. 2,14 **32sq.** transfiguravit ... suae] Phil. 3,21 **33sq.** pater ... me] Matth. 26,39

---

$\pi$ : $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ *U* $\varepsilon$ : *N* $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ *T* *K* (*exc.*) $Br_1$ $P_{23}$ *lectiones selectae*: *D* $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ *Y X* $e_3$ *w*, $\alpha_2$ (= $F_2$ *F* $Mc_1$)
**20, 1** aperis] *inc. K*

---

**20** accipit[1]] accepit $\delta$ $C_1$ | accipit[2]] accepit $\delta$ $P_5$ **21** accepit[1]] accipit $\delta$ *U* $P_{23}$ *Y* | apostolus *om.* $\alpha$ | accepit[2]] accipit $\delta$ *U* $P_{23}$ **22** accipit *U* **23** tamen] enim $\delta$ | et diu sedit *om.* $C_1$ $P_7$ **24** rogabat] et *praem.* $\varepsilon$ $\gamma_1$ *ma* | auferentur $\alpha$ $C_1$ $P_7$; auferetur $\delta$ **25** ad *om.* $\delta$ **29** ipse filius ipse unicus *tr.* $\gamma_1$ *ma* **31** ut] tibi *add.* $P_5$ *ma*; ibi *Y* **32** qui *addidi* **33** corporis *Y* $P_5$ **34** et *om.* *Y* $P_5$ **37** illis escam *tr.* $\pi$ $\varepsilon$ $P_{23}$ | opportunitate] tempore opportuno $\alpha$ **20, 1** imples $\varepsilon$ $P_7$ $P_{23}$ *Y* $P_5$ *ma*

**BENEDICTIONE.** Etsi non das aliquando, das tamen, das in opportunitate: differs, non aufers, et hoc IN OPPORTUNITATE.

**(21.) IUSTUS DOMINUS IN OMNIBUS VIIS SUIS.** Et quando *v. 17*
caedit, et quando curat, iustus est, et apud eum iniquitas non est. Denique omnes sancti in tribulationibus constituti prius iustitiam eius laudaverunt, et sic beneficia petiverunt. Prius dixerunt: 'Iustum est quod facis'. Sic rogavit Daniel, sic alii sancti: 'Iusta sunt iudicia tua, bene passi sumus, recte passi sumus'. Non dederunt deo iniustitiam, non ei dederunt iniquitatem et insipientiam. Laudaverunt primo flagellantem, et sic senserunt cibantem: IUSTUS DOMINUS IN OMNIBUS VIIS SUIS. Nemo illum putet iniustum, quando aliquid mali forte patitur, sed ipsius iustitiam laudet, et suam iniustitiam accuset: IUSTUS DOMINUS IN OMNIBUS VIIS SUIS, **ET SANCTUS IN OMNIBUS OPERIBUS SUIS.**

**(22.) PROPE EST DOMINUS OMNIBUS INVOCANTIBUS EUM.** *v. 18*
Et ubi est illud: *Erit enim cum invocabunt me, et non exaudiam*? Ergo vide quod sequitur: **OMNIBUS QUI INVOCANT EUM IN VERITATE.** Nam multi eum invocant non in veritate. Aliud ab illo
mi 1883 quaerunt, et ipsum non quaerunt. Quare amas deum? 'Quia dedit mihi sanitatem'. Esto! Manifestum est: ipse dedit. Non enim ab ullo est ulla salus, nisi ab ipso. 'Quia dedit mihi, inquit, uxorem divitem, qui nihil habebam, et servientem mihi'. Et hoc ipse dedit: verum dicis. 'Dedit, inquit, filios, et multos et bonos, dedit

---

**21, 5sq.** iusta ... sumus[2]] *cf.* Dan. 3,27–31; 9,5–19 **22, 2** Prov. 1,28

---

*$\pi$ : $\alpha$ ($V_2$ $Mc_1$) $\delta$ ($A$ $H_1$) $\lambda$ : $\pi$ $U$ $\varepsilon$ : $N$ $An_4$ $\gamma_1$ : $C_1$ $P_7$ $So_1$ $\zeta$ : $P_6$ $T$ $K$ (exc.) $Br_1$ $P_{23}$ lectiones selectae : $D$ $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ $Y$ $X$ $e_3$ $w$, $\alpha_2$ (= $F_2$ $F$ $Mc_1$)*
**2** opportunitate] *des. K* **21, 11** iustus] *inc. K* **22, 1** eum] *des. K*

---

**2** aliquando *$So_1$ $X$ $P_6$ ma*; aliquantulum *$An_4$ $P_{23}$ $Y$*; aliquantum *cett.* | das[3] *om. $\gamma_1$ ma* **3** et] ex *U* **21, 2** cedet *$C_1$ $P_7$* | et[2] *om. $\lambda$ $\varepsilon$ $P_5$* **8** primum *$\varepsilon$ $\zeta$ $P_{23}$* **9** putet illum *tr. X ma* **10** mali aliquid *tr. X ma* **22, 2** istud *$\varepsilon$ $\zeta$* exaudiam] eos *add. $\varepsilon$ $\gamma_1$ $\zeta$ Y ma* **5** et ... quaerunt *om. $\pi$* **6** esto] isto *$\delta$*; istud *$\alpha$ $\varepsilon$ $\zeta$ $So_1$ X* **7** ipso] illo *lo ma* | inquit mihi *tr. $\delta$* **8** quia *$\gamma_1$*

familiam, dedit omnia bona'. Ideo amas? Ideo nihil amplius quaeris? Esto esuriens, adhuc pulsa ad ianuam patrisfamilias: habet adhuc quod det. In mendicitate es cum omnibus his quae accepisti, et nescis. Pannosam carnem mortalitatis adhuc portas; stolam illam gloriae immortalitatis numquid accepisti? Et quasi iam satiatus non rogas? *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur*. Ergo si bonus est deus, quia ista tibi dedit, quanto beatior eris, cum seipsum tibi dederit! Desiderasti tanta ab illo; rogo te, desidera et ipsum. Neque enim vere dulciora sunt ista quam ille, aut ex aliqua parte comparanda sunt illi. Ergo qui deum ipsum, a quo accepit de quibus gaudet, praeponit his omnibus rebus quas accepit, ipse invocat deum in veritate. Nam ut no- cc 2104
veritis, si talibus hominibus proponatur et dicatur: 'Quid, si ista omnia de quibus gaudes, velit tibi auferre deus?', iam non amabitur, non erit qui dicat: *Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum*. Sed forte quia abstulit, quid dicetur? 'Deus, quid tibi feci? Quare mihi abstulisti, et illis dedisti? iniquis das, et tuis tollis?' Accusas deum quasi iniustum, et te laudas quasi iustum. Convertere, accusa te, lauda illum. Tunc eris rectus, cum in omnibus bonis quae facit, deus tibi placet; in omnibus malis quae pateris, deus tibi non displicet. Hoc est invocare deum IN VERITATE. Qui sic invocant deum, exaudit eos: PROPE EST, ibi est. Nondum dedit quod vis, ibi est tamen; quomodo medicus si forte aliquid imponat vel oculo vel visceribus, quod urendo sanet, si roget aeger ut tollatur

---

**13** stolam illam] *cf.* en. 96,17,20sqq. **15sq.** Matth. 5,6 **24sq.** Iob 1,21

---

$\pi$: $\alpha$ (*$V_2$ $Mc_1$*) $\delta$ (*A $H_1$*) $\lambda$ : $\pi$ *U* $\varepsilon$: *N $An_4$* $\gamma_1$ : *$C_1$ $P_7$ $So_1$* $\zeta$: *$P_6$ T $Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae*: *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, $\alpha_2$ (= *$F_2$ F $Mc_1$*) || **28** accusa ... illum] *cf.* Prosp. sent. 72 (*cc* 68A, p. 274)

---

**14** numquam $\delta$ **16** quantum $\varepsilon$ $\gamma_1$ *X* **24** quid *$C_1$ $P_7$* **26** quia] qui $\delta$ *Y $P_6$*; cui *T ma* | dicitur $\varepsilon$ $\gamma_1$ *$P_5$ $P_6$ X*; dicit *T ma* **30** facit $\varepsilon$ $\zeta$ *$P_{23}$ Y ma*; facis *cett.* **31** invocat ... eum $\pi$ *$P_5$* **32** dominum $\gamma_1$ *ma* | ibi est] tibi *$C_1$ $P_7$*; id est *lo ma*

illi, medicus exspectat tempus, non facit quod rogat aeger, non tamen recedit. Et prope est, et non facit; et ideo magis non facit, quia prope est. Curando enim imposuit quod imposuit, et curando non facit quod rogatur. Non te exaudit ad praesentem voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatem; et hoc utique ad voluntatem: nam utique sanus esse vult etiam qui uri non vult. PROPE EST ergo DOMINUS OMNIBUS INVOCANTIBUS EUM. Sed quibus OMNIBUS? OMNIBUS QUI INVOCANT EUM IN VERITATE. Tales omnes confirmat decidentes QUI INVOCANT EUM IN VERITATE.

(**23.**) **VOLUNTATEM TIMENTIUM SE FACIET.** Faciet, faciet: *v. 19*
etsi non faciet ad horam, faciet tamen. Certe, si ideo times deum, ut tu facias ipsius voluntatem, ecce et ipse quodammodo ministrat tibi, facit voluntatem tuam.

**ET PRECES EORUM EXAUDIET, ET SALVOS FACIET EOS.** Vides ad hoc exaudire medicum, ut salvos faciat. Quando hoc? Audi apostolum dicentem: *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem*
mi 1884 *quae videtur, non est spes: si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus*: salutem scilicet, quam dicit Petrus *paratam revelari in tempore novissimo.*

(**24.**) **CUSTODIT DOMINUS OMNES DILIGENTES EUM, ET** *v. 20*
**OMNES PECCATORES DISPERDET.** Videtis quia est apud eum severitas, apud quem tanta suavitas. Salvos faciet omnes sperantes in se, omnes fideles, omnes timentes se, omnes invocantes se in

---

**43** omnes ... decidentes] *cf. supra* 18,1sqq. **23, 7–9** Rom. 8,24–25 **9** 1 Petr. 1,5

---

*π* : *α* (*$V_2$ $Mc_1$*) *δ* (*A $H_1$*) *λ* : *π U* *ε* : *N $An_4$* *$γ_1$* : *$C_1$ $P_7$ $So_1$* *ζ* : *$P_6$ T $Br_1$ $P_{23}$* *lectiones selectae* : *D $P_3$ $P_5$ $P_{15}$ Y X $e_3$ w*, *$α_2$* (= *$F_2$ F $Mc_1$*) || **41** sed] *inc. K* **42** veritate] *des. K* **23, 1** voluntatem] *inc. K* **2** tamen] *des. K* **5** et[1]] *inc. K* **6** faciat] *des. K* **24, 1** custodit] *inc. K* **3** suavitas] *des. K*

---

**42** omnibus[2] *om. Y $P_5$* **23, 1** faciet[2.3] *om. U Y $P_5$* | faciet[2] ... 2 faciet *om. π* **2** faciet[1]] faciat *ma* | tamen] et *praem. π* **3** ipsius] eius *ζ* | ministrabit *δ* **24, 1** eum] se *δ ε ζ $P_{23}$ Y ma*